



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

36 Declara.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- fin. §. fin. numer. 6. C. com. de leg. & Iul. Clar. lib. 4. sentent. §. emphiteusis dicta q. 32. 45. in princ. & idem ¶ non potest emphiteuta incidere arbores fructiferas, ut inquit Bart. in l. divortio, §. si fundum, num. 3. & ibi Bald. & Ias. numer. 4. ff. solut. matr. 36 & propter deteriorationem incurritur caducitas, quando deterioratio est notabilis, secus si esset modica, vel minima, ut inquit Iul. Clar. in dict. §. emphiteusis, q. 26. & hanc opinionem esse communem testatur Ias. dict. numer. 4. nam si sit modica, emphiteuta potest solum compelli ad refundendum interesse, nec datur rescissio contractus, Gratian. decis. 162. num. 5. post alios ibid. alleg.
- 33 Quinimò, ¶ ut ille, qui malè vitur re emphiteutica expelli possit, tria copulativè requiruntur.
- Primò, quòd sit deterioratio notabilis quantitatis.
- Secundò, quòd sit ad perpetuam deteriorationem fundi.
- Tertiò, quòd deterioratio procedat dolo, lata culpa, vel levi, Bald. in auth. qui rem. num. 3. C. de sacros. eccles. Ias. in l. 2. num. 98. vers. dicit tamen, C. de jur. emphit. Ioseph. Ludou. in decis. verus. 22. num. 21. & seq. post plures alios Corb. de cau. ex quibus emphit. priv. sub tit. de caus. privat. ob rei deterior. num. 24. & Gratian. dicta decis. 164. num. 6.
- 34 Deterioratio ¶ autem an sit parva, vel magna, arbitrio Iudicis relinquatur secundum qualitatem rerum, & personarum, Bald. in l. adem, num. 14. C. locat. Menoch. de arbitr. lud. cent. 1. lib. 2. cas. 28. numer. 7. & post alios idem Corb. eod. num. 24.
- 35 Quartò, ¶ si emphiteuta alienat rem emphiteuticam irrequisito domino, ut l. fin. ubi etiam gloss. in ver. cadat circa prin. C. de jur. emphit. & per Ias. post alios ibid. num. 103. cum seq.
- 36 Sed, ¶ ut emphiteuta cadat ab emphiteusi non sufficit, quòd contractus alienationis irrequisito domino sit celebratus, sed requiritur, quòd facta alienatione, subsecuta sit ipsius rei emphiteuticæ traditio, & ita communiter teneri testatur Imol. in cap. potuit, num. 49. in fin. de locat. Specul. de locat. & emphit. §. nunc. aliquantum. 118. lib. 4. par. 3. hancque opinionem esse communem testatur etiam Alex. in l. si à mè, n. 4. vers. 2. limitari. ff. ad l. falcid. & Ias. in dicta l. fin. num. 132. C. de jur. emphit.
- 37 Locatione ¶ facta de triennio in triennium ad novem annos, vel de novennio in novennium ad 27. annos, vel in aliud longum tempus, ita quòd tot locationes factæ esse censeantur, & incipere debeant in principio cujuslibet triennii, vel novennii, usque ad finem præfiniti temporis quæri solet, an eadem, quæ in locationibus emphiteuticis, requirantur. Ad quòd affirmativè responderetur, quia sine causa, & evidenti utilitate, ac solemnitatibus requisitis non valet cap. 1. & ibi gloss. in ver. tractatus, & Docto. de reb. eccles. non alien. in 6. Paul. de Cast. in conf. 40. vol. 1. qui de communi opinionem testatur, Alex. conf. 104. num. 4. & seq. lib. 3. Riminal Iua. conf. 233. num. 67. etiam vol. 3. Rod. de reb. eccles. non alienan. numer. 5. 6. & 11. pag. 146. & post plures alios per ipsum citatos, Borgn. decis. 43. aliis 14. numer. 9. par. 1. & benè Const. in tract. de sac. sci. & ignor. Geo.